

Questio Secunda.

bile alteri nō enī sibi repugnat ratione sue nature cū eadem sit intensa et remissa. Item tunc potentia dei esset terminata ad maximū. Itē sit albedo summa vt p̄ij. et infundat deus simul & semel. xx. gradus tunc vel omnes isti facient vnum vel aliqui et aliqui non. Non secundū cū nō maior sit ratio de uno q̄ dealio. Item in motu locali non datur summum quia q̄to partes celi magis accedunt ad superficiem connexam tanto velocius mouentur et motus naturalis semper velocior est in fine q̄ in principio. Item nō datur summa visio patet quia sit illa vt. xii. tunc p̄ uno q̄ deus ponat cum primo visibili aliud corpus visibile extensū sicut opinionē suam tunc illud videbitur quia est ista presens sicut primū ergo prima. visio intendetur. Item non datur maxima q̄titas cōtinua sicut extensionem vt potest probari per lineam giratiuam ergo non datur maxima qualitas intensiue quin deus posset facere maiorem. Item secundū eundem nō datur minimū ergo non debet dari maximum. Itē si eēt aliqua qualitas summa maxime esset vt dicūt quidā theologi gratia aie xp̄i sed probo q̄ de potest facere eā maiore in esse gratie quia illa potest acceptari a deo ad hoc q̄ det alijs hominibus maiorem beatitudinem intensiue & secundū aliquos ad liberandum homines dānatos de potentia absoluta ergo de potentia absoluta poterit eēt maior in eē gracie. Item secundū istū penitens semper resurgit ad maiorem gratiā ergo quacunq̄ gratia prius data semper contingit dare maiore. Item sequereſ q̄ esset aliquod p̄cūm qd̄ deus non posset punire q̄ secundum eū datur summa pena finita tamen. ponamus ergo q̄ sortes iam demeruerit eam et sequitur q̄ si de novo peccet istud nouū peccatum non poterit amplius puniri. Et ita posset argui de merito si alius homo fuisset ab eterno et continue meruisset ille intendisset habitus virtutū in infinitū. Item capio summā noticiā in anima sortis tunc secundum aliquos illa potest poni in summa angelō qui est majoris virtutis q̄ sortis ergo ille angelus potest eas intendere ergo illa non erat absolute summa. Item non datur maximus angulus obtusus nec acutus nec contingentie quia maximus obtusus vel acutus diuissibiliter distat a linea secū iacente vel non si nō ergo non distat et per consequens sunt eadem linea. Si primum ergo potest dari maior eo ponendo tertiam lineam inter illas duas. Similiter arguitur de acuto querendo si diuissibiliter distat a recto simili ter de angelō contingente quia dato quocunq̄ circulo datur minor. Item detur maxima tristitia quam sortes potest. Item & moriatur sortes et sit dānatus tunc vel habebit maiorem tristiciam quando ē dānatus q̄ quando est viator vel non. Si primum ergo illa non erat maxima. Si secundum contra. seq̄ retur q̄ tristitia anime xp̄i non esset minor q̄ tristitia anime dānati vel non esset maior q̄ tristitia visorū sed quodlibet istorum est cōtra theologos igitur. Item ex quo non datur maximā corpus scđ̄ extensionem ex hoc etiam potest probari q̄ non datur maxima figura nec maximus circulus quoniam secundum geometriam super centrū quodlibet q̄tūl sit occupando spaciū circulū designare. Alijs est opinio quā tenet petrus de aliaco q̄ scđ̄ forma in esse qualitatis potest infinitū intendi tamen qualitates que sunt in anima licet secundū essentiam possint infinitū augeri tamen ipsa anima nō potest nisi finite imutari a talibus qualitatib⁹ vt licet visio q̄t est q̄litas quedam in infinitū possit augeri a deo

Articulus Quintus.

non tamen potest in infinitū augeri in esse visionis ita q̄ q̄uis illa visio augeatur in esse qualitatis tamen sortes non magis neq̄ melius videbit per eam & ita dicit de charitate q̄ potentia est finite capacitatis actiue & ideo nō potest nisi finite agere p̄ istas actiones. Sed contra hec qualitas potest in infinitū augeri demonstrata visione & hec qualitas est visio ergo visio potest in infinitū augeri. Responderet q̄ in sensu diuiso visio p̄t infinitū augeri sed nō potest in infinitū augeri visio sicut hec linea potest augeri & hec linea est bipedalitas quia bipedale est species q̄titatis et tamen non potest augeri bipedalitas. Contra hanc opinioneſ arguitur: due visiones posse in eadē potentia faciunt vnum ergo si augeatur illa qualitas etiam augebitur visio. Negat consequētiā quia p̄ illas duas visiones potētia nō melius vider. Alias sequereſ potentia esse infinitam si in infinitū melius possit agere et videre. Contra si scđm eum essent infiniti aeres penetratiue sol p̄duceret infinita lumina q̄ in quolibet aere p̄duceret lumen & tamen est finite activitatis non em̄ esset maior ratio q̄ produceret lumen in uno aere q̄ in alio et eodem mō potest argui de colore in cuius circuitu ponuntur infiniti oculi vel infiniti anguli vt tangit holcot in suis determinationibus. Item sortes cum alio et alio auxilio in infinitū maius pond⁹ potest portare et tamen nō sequitur q̄ iam sit infinite virtutis ergo licet potentia in infinitum possit habere maiorem visionem vel noticiam cū auxilio deit non sequitur q̄ sit iam infinita quia vt dicit. S. T. capacitas anime augetur secundū q̄ maior sibi gratia infunditur. Item sequereſ q̄ noticia anime xp̄i non esset maior q̄ noticia supremi angeli nisi enim eius capacitas esset aucta esset minor q̄ capacitas infimi angeli. Si ergo gratia precise respondeat capacitatē naturali sequitur q̄ non habet maiore gratiam in esse gracie q̄ infimus angelus supposito q̄ capacitas actiua infimi angeli sit repleta. Item ad gratiam siue charitatē anima se habet pure passiue ergo licet ista in infinitū augeantur non ppterēa requiriſ maior capacitas actiua. Item tunc hō potest deuenire in via ad tantam gratiā q̄ amplius nichil posset proficere q̄ videtur q̄ tandem deueniret ad illum gradum quē tu dicis esse summum. Forte dicis q̄ nunq̄ perueniret ad illum sicut angulus in diametro circuli crescente circulo in infinitū cresceret nec tamen attingeret angulum rectum. Et sic q̄dam dicunt q̄ charitas vie nunq̄ potest attingere charitatem patrie quia non sunt eiusdem rationis. Sed contra inquit herueus scđm quosdam sunt eadem numero in via et in patria saltem non differūt specie. Item angelis data gratia in creatione secundum capacitatē naturalium sed in infinitum perfectior angelus potest creari ergo in infinitū potest dari maior gratia q̄ gratia beati. Deinde arguitur q̄ sit dabile minimum naturale. Et sic habebunt. iiii. conclusiones huius articuli. Prima est q̄ quocunq̄ dato contingit dare maius per virtutem pri mi agentis. Secunda est q̄ etiam in intellectu & voluntate possunt qualitates in infinitū augeri a deo unde dicit. S. T. de veri. q. xxix. ar. iiij. ad tertium q̄ capacitas creature dicitur secundū potentia rece pribilitatis. Potentia autem ad recipiendū est duplex scilicet naturalis q̄ potest tota impleri. Alijs ē obedientie scđm q̄ potest aliquid recipere a deo et talis non potest impleri licet etiam scđm se homo in infinitū non possit actum suum augere tñ cūm alio